

## VIII.

## Jacobi de Susato

al. de Sweve

## Chronologia Comitum de Marka.

1390.

Die nachfolgende Genealogie der Grafen v. d. Mark gehört zu den frühesten Arbeiten des Verfassers. Er sagt nämlich von Adolf, dem neunten Grafen von der Mark, derselbe sei noch im Leben (qui adhuc vivit). Adolf starb aber 1394. Da nun Jacobus, wie wir aus den oben (S. 161) mitgetheilten Nachrichten von seinen Lebensverhältnissen wissen, 1390 zu Soest in den Prediger-Orden trat und von dort, zur Vollenbung seiner theologischen Studien, noch nach Prag geschickt wurde, wo er weder Veranlassung noch Gelegenheit hatte, sich mit westfälischer Geschichte zu befassen, so kann diese Arbeit nur in die Zeit seiner Jugend (1390—1394) fallen. Sie ist auch keinesweges eine vollständige, indem sie nur die Aufeinanderfolge der regierenden Grafen, nicht auch die ihrer Geschwister und der davon ausgegangenen Nebenlinien darstellt. Um die Vergleichung derselben mit der von Northoff gegebenen Genealogie (S. 14) so wie mit den Nachrichten, welche Lacomblet in der Vorrede zum II. Bande des niederrheinischen Urkundenbuchs S. XXXIV. über die Familien-Verhältnisse der Grafen von Altena und Mark mittheilt, zu erleichtern, geben wir nachstehend eine schematische Uebersicht

der von Jacobus angelegten. Letztere stimmt wesentlich mit der Northoffschen, reicht jedoch etwas weiter hinab bis auf die Zeit des Verfassers; dagegen stimmt sie nicht überall mit den urkundlichen Zusammenstellungen Lacomblets, welche vielmehr für die früheren Generationen wesentliche Abweichungen bedingen.

## N.

Adolfus 1 <sup>mus</sup> Comes de Altena et Aldenborch.		Eberhardus.	
Bruno II. archiepiscopus Coloniensis.		Adolfus 2 <sup>us</sup> Comes de Altena.	
Fridericus II. archiep. Colon. qui obiit in Papia.	Eberhardus 3 <sup>ius</sup> Comes in Altena.	Bruno III. archiep. Colon.	Engelbertus Comes de Monte.
Adolfus I. archiep. 1193.	Fridericus 4 <sup>us</sup> Comes in Altena.	Everhardus Comes in Nienbrügge et Ysenborch.	Adolfus Com. de Monte † 1218.
			Engelbertus I. archieps. Colon. occisus 1225.
Adolfus 5 <sup>us</sup> Comes de Altena 1 <sup>mus</sup> Com. de Marka † 1249.	Fridericus Com. de Ysenberg qui interfecit 1225 Engelbertum I. de Monte, archiep. Colon.		
Engelbertus 2 <sup>us</sup> Comes de Marka († 1277).	Otto († 1262).		
Everhardus 3 <sup>ius</sup> Com. de Marka († 1307).			
Engelbertus 4 <sup>us</sup> Comes de Marka († 1328).			
Adolfus 5 <sup>us</sup> Com. de Marka († 1347).			
Engelbertus 6 <sup>us</sup> Com. de Marka decessit sine herede († 1391).	Adolfus Episcopus Monasteriensis et archieps. Colon. postea duxit filiam Comitis de Monte. Comes Clivensis et post fratrem Comes de Marka 1391.		
Theodoricus 8 <sup>us</sup> Com. de Marka († 1398).			
Adolfus 9 <sup>us</sup> Comes qui adhuc vivit († 1394).			

Anno post Lotharium imperatorem, in Westphalia comitia de Marka sumpsit exordium sic. Duo fratres Adolphus et Euerhardus de Ytalia venientes, duo castra Altena et Aldenborch edificauerunt. Euerhardus monachatur, Adolfus fundat monasterium in Aldenborch in quo postea sepelitur. Iste Adolfus fuit primus comes de Altena et Aldenborch; hic genuit Brunonem qui tempore Lotharii ecclesie Coloniensis presedit; et Adolfum comitem.

Adolfus 2<sup>us</sup> comes genuit Fredericum archiepiscopum Coloniensem, Euerhardum comitem de Altena et Engelbertum comitem de Monte et Brunonem episcopum Coloniensem.

Euerhardus 3<sup>us</sup> comes genuit Adolfum episcopum Coloniensem, qui factus est episcopus anno dni. 1193; item genuit Fredericum et Euerhardum.

Fredericus 4<sup>us</sup> comes in Altena, genuit Adolphum 1<sup>um</sup> comitem de Marka, qui fuit 5<sup>us</sup> comes de Altena.

Adolfus 1<sup>us</sup> comes de Marka opidum Ham construxit ao. dni. 1225 et Blankenstein vbi Ysenburch . . . . fuit anno sequenti. obiit ao. Cr. 1249, genuerat autem Engelbertum et Ottonem.

Engelbertus fuit 2<sup>us</sup> comes de Marka, Radulphi anno 5.

Euerhardus filius eius 3<sup>us</sup> hic castra Bredervord, Ahus, Raffenberg, Volmensten, Ysenberch, Wassenberch, Rodenberch, Houestat ecclesie Coloniensis destruxit, castrum Dulmene cepit, opida Werle et Rekelinchusen similiter destruxit.

Engelbertus 4<sup>us</sup> comes de Marka castrum Osthof destruxit.

Adolfus filius eius comes 5<sup>us</sup> primo Dinslake et postea Mendene proditione capit et destruit.

Engelbertus comes 6<sup>us</sup>. Hic decessit sine herede.

Adolfus frater, 7<sup>us</sup> qui primo fuerat episcopus Monasteriensis, demum archiepiscopus Coloniensis, postea duxit vxorem filiam comitis de Monte, comes Cleuensis et post fratrem comes de Marka.

Theodericus 8<sup>us</sup> filius Adolphi, qui obiit in Maria Monte, cui successit

Adolphus 9<sup>us</sup> comes de Marka et de Cliuis et adhuc viuit.

Adolphus 2<sup>us</sup> cepit tempore Frederici imperatoris 1<sup>mi</sup> qui genuit Fredericum, Euerhardum, Engelbertum et Brunonem. Fredericus factus est archiepiscopus Coloniensis et dictus Fredericus 2<sup>us</sup>, sedens 42<sup>do</sup> loco; hic cum Frederico imperatore profectus est contra Mediolanum et obiit in Papia, cuius ossa relata sunt et in Berge<sup>1)</sup> sepulta, quod patruus suus Bruno 2<sup>us</sup>, 32<sup>us</sup> archiepiscopus Coloniensis fundauerat.

Bruno frater istius Frederici, prepositus Bunnensis, mortuo Philippo archiepiscopo, successore Reynoldi, successor dicti Frederici, fit archiepiscopus Coloniensis Bruno 3<sup>us</sup>, 45<sup>us</sup> in ordine temporibus Hinrici regis, filij Frederici imperatoris, sed senio grauis renunciat.

Et Adolfus fratris sui Euerhardi filius, qui fuit 3<sup>us</sup> comes in Altena successit sibi in archiepiscopatu et dictus Adolfus 1<sup>us</sup>, 46<sup>to</sup> loco anno dni. 1193. Iste Adolfus archiepiscopus fauente Innocentio papa 3<sup>io</sup>, Ottonem Hinrici ducis quondam Saxonum filium, regis Anglie ex sorore nepotem, comitem Pictaue anno dni. 1208 coronauit in regem Aquisgrani. Alij principes Philippum ducem Sweuie habere voluerunt. Sed hic Adolphus vel necessitate compulsus vel vt alij dicunt vi marcarum corruptus, Ottonem desert, Philippo adheret, propter quod a Papa depositus, sed Ottone per papam reprobato, restituitur.

4<sup>us</sup> filius Adolphi 2<sup>di</sup> comitis de Altena, fuit Engelbertus comes de Monte.

Euerhardus comes 3<sup>us</sup> de Altena genuit vt dictum est, pefatum Adolfum archiepiscopum Coloniensem et Fredericum et Euerhardum.

Fredericus tenuit Altena et genuit Adolfum.

1) Altenberg.

Euerhardus tenuit castrum Nyenbruge super Lippiam in parochia Herringen et castrum Ysenborch super Ruram, quod per Adolfum archiepiscopum dicitur fuisse constructum et genuit Fredericum comitem de Ysenberch. Hic Fredericus habuit vxorem Hinrici ducis Limburgensis, qui volens Engelbertum archiepiscopum Coloniensem capere, interfecit eum ao. dni. 1225 in die beati Wilbrordi in Geuelsberge. Hic Engelbertus archiepiscopus hujus Frederici consanguineus, duos fratres eiusdem fecerat episcopos, vnum in Monasterio et alterum in Osenbruge. Postea Engelbertum occisum Henricus 1<sup>mus</sup> de Molnarken, 50<sup>o</sup>. loco archiepiscopus factus, vindicauit cum fauente Frederico imperatore, qui eum dilexit et Hinrico filio eius quem coronauerat. Item post regem Henricum in Amelborch condemnatum cum heredibus suis Fredericus et omnia bona eorum publicata, castrum eius Ysenberch et Nyenbruge cum opido sibi coherente diruuntur et terre equantur, possessiones aliaque rapiuntur, tenentur. Archiepiscopus occisus, fuit frater comitis de Monte, occisor profugus latuit inter Hoyum et Leodium a Baldewino milite de Genep tanquam hospes inuitatur, veniens capitur, pro 2 mill. marcarum venditur, rotatur extra portam s. Seuerini, Colonie columpna quadam facta, in monticulo qui adhuc cernitur, positus est in rota cum . . .  
 . . . . . de vigillijs . . . . .  
 . . . . . cum versu et repetitione, multis lacrimantibus singultuose.

Fredericus, filius Euerhardi, comes de Marka 4<sup>us</sup> genuit Adolfum, qui fuit 5<sup>us</sup> Comes in Altena et primus comes de Marka.



## IX.

### Geschichte der Stadt Räden

von

Christoff Brandis;

Bürgermeister zu Räden und Erbsälzer zu Werl.

1650.

Christoff Brandis wurde im letzten Viertel des 16. Jahrhunderts, um 1590 zu Werl geboren, wo seine Familie zu den Erbsälzern gehörte.<sup>1)</sup> Seine Mutter war eine Tochter der alten Ministerialfamilie v. Bruwerdinghausen, die schon bei Gründung der Stadt Räden, in einer Urk. des Erzbischofs Philipp v. 1191 genannt wird<sup>2)</sup> und damals vor dem Ostenthor auf dem Steine, wovon der Bruwerbinger Berg noch den Namen führt, wohnte, später aber in die Stadt selbst zog; welcher sie auch 1330 ihre Wäldungen überließ.<sup>3)</sup> Die Mutter von Brandis scheint eine Erbtöchter ihres Geschlechts und eben durch diesen Umstand Veranlassung gewesen zu sein, daß ihr Sohn von Werl nach Räden herüberzog. Er bewohnte nämlich das Bruwerdinghauser Stammhaus in der Dester-Bauerschaft der Stadt, das mit seiner Umgebung bis

1) Seibertz weff. Beiträge I. S. 99 vergl. mit v. Steinen Quellen der weff. Gesch. S. 141, wovon Hartzheim bibl. Colon. p. 38 einen dürftigen Auszug gibt. — 2) Seibertz Urk. Buch I. Nr. 95 — 3) Daselbst II. Nr. 631 wo sich in der Note, unter Bezug auf Seibertz Statutarrechte S. 79, weitere Nachrichten über den Verbleib der Bruwerdinghauser Lehngüter bei Räden finden.